

solvens ipsum censum, et sic de cetero termino elapso non est amplius exigendus. Sed nunquam est expertum quod quantocumque tempore tales occasione predicti contractus ultra sortem percepissent, quod debitorem quitassent absolucione futura facienda, pecunia capitali non soluta. Ergo non est empicio census temporalis, cuius natura est ut, veniente tempore, debitor liberatur a solucione futura, pecunia capitali apud ipsum remanente. Qualiter non fit hic. Si autem dicatur quod sit empicio census perpetui, tunc tollitur libertas debitori se liberandi, soluta per ipsum vel nomine ipsius pecunia capitali, quia necesse habet semper solvere, ut patet ex illo quod est perpetuum. Et sic per consequens cessat color ipsorum quo dicunt illum contractum esse licitum ex eo quod in libero^r arbitrio debitoris est constitutum solvere pecuniam capitalem et se quancumque voluerit per solucionem pecunie capitalis liberare a solucione ulteriori prestanda. Et sic patet ex hac sua prima posicione huiusmodi contractum non esse empicionis et, per consequens, nec reempcionis, sed revera est contractus usurarius, ubi obligatur res ypotecaria pro solucione sortis et illius quod solvitur ultra sortem facienda, et in hoc peior est quam iudeorum. Ipsi enim recipiunt in obligacione rem pignoratitiam sive mobilem. Isti autem solum ypotecariam, sive immobilem. Et sic patet quomodo bona est illa posicio et, si positor ipsius eam bene advertisset et ea que ex [F, 142^v] ipsa sequuntur, non dixisset in scriptis suis predictum contractum fore reempcionis, sed potius usurarium, ut sufficienter ex supra dictis est deductum, vel forte dictam posicionem minime posuisset.

62. Secunda, quod dominus verus eiusdem rei potest eam transferre in alterum [G, 123^v] gratis et pro precio et pro comutacione alterius rei.

63. Si intelligit quod dominus rem suam potest transferre in alterum pro precio quantum ad proprietatem sive ad dominium, concedatur. Si autem intelligit quod potest transferre rem pro pecunia in alterum quantum ad usum, tunc vel intelligit de re cuius usus est ipsius consumpcio, sicut est pecunia, vinum, triticum et similia in numero, pondere et mensura constituta. Dicitur quod pro illis ultra sortem precium non est accipiendum, quia in hiis rebus consistit contractus mutui qui debet esse gratuitus, ut supra dictum est³⁶³. Si autem intelligit de re cuius usus^s non est consumpcio ipsius, sicut domus, equus, ager, et sic de aliis in quibus usus potest separari. Et tunc, aut potest transferre eandem rem pro precio in alterum per modum comodati. Et iterum dicitur quod non, quia etiam debet esse gratuitum. Si autem per modum locacionis sive empicionis, tunc potest secundum naturam illorum contractuum, de quibus superius est expressum. Et sic patet in quo sensu illa secunda posicio est concedenda et in quo non.

^r libero *om. G*

^s usus *om. G*

363. Cf. *supra*, I, p. 178.

64. Tercia posicio : « dominus potest transferre usum rei et fructum proprie rei in alterum, retenta sibi proprietate rei ».

65. Ad illam similiter dicitur quod, 'si intelligit illam' de re cuius usus est distinctus, id est cuius usus non est consumpcio ipsius, vera est. In aliis autem non. Quomodo enim possum transferre pecuniam sive vinum vel huiusmodi in alterum, servata michi proprietate ad eandem pecuniam sive ad idem vinum, ex quo recipiens in utendo illis et in ipso usu ea consumit? Et sic proprietas in eis michi perit, quia non est ex eo quod illa res, quia consumpta, non est, sed bene remanet michi obligacio ad aliam rem similem huic, nisi per modum comodati sive locacionis eam transferret in alterum quoad pompam, ut dictum est supra³⁶⁴, et tunc retinet proprietatem eiusdem rei, quia, completo usu ostentacionis sive pompe, potest reddi res eadem". Et sic patet quid dicendum.

66. Quarta : « Dominus verus, sicut potest dare vel vendere proprietatem rei vel [G, 124^r] fructus alicuius possessionis simpliciter quantum ad omne tempus, sic dare potest, vel vendere ad tempus determinatum vel tempus particulare ».

2-4
226
67. Responsio : Illa posicio quasi expositoria est secunde posicionis, supra. Et ibi [D, 227^{ob}] dictum est de translacione rei quoad proprietatem et quoad usum sive fructus. Et ibi vide³⁶⁵. Itaque semper servetur equalitas iusticie in illis empcionibus, sicut sepe dictum est prius de emptore secundum se, secundum accidens et sub condicione.

68. Et dicit^r idem opponens : iste posiciones probantur per rationem et naturas domini, quia quilibet est arbitrator et moderator rei sue. Patet hoc *Extra, De sepulturis, c. De hiis*³⁶⁶, in fine.

^r illam om. G

^u La phrase, fort mal construite, se comprend si l'on entend par *obligacio*, l'obligation qu'a l'emprunteur à l'égard du prêteur. Celui-ci a perdu son objet, mais il lui reste l'obligation qu'a l'emprunteur de lui en fournir un pareil. Ensuite la phrase passe de la première à la troisième personne et elle n'a de sens qu'en entendant que le sujet de *transferret* est le prêteur.

^v dicit om. G

364. Cf. *supra*, I, pp. 178-181 et 181-182.

365. Cf. *supra*, I, pp. 178-179.

366. *Decret. Greg. IX*, l. III, tit. XXVIII, c. 4 (FRIEDBERG, II, 550) : « ALEXANDER III : ... Si vero ad religiosa loca se in sanitate transtulerint, de his, quae locis ipsis conferunt, cogi non possunt aliquid praescriptis ecclesiis impertiri, quia liberum est eis tunc bona sua, non solum religiosis *locis*, sed etiam quibuslibet privatis conferre personis ».

De Jercic vil monachi
non in musca cont. d.
scilicet n. p. l. 50
- 12 3^o de venabro

Alena. li. VI
his 2 venabro

69. Verum est quod in dicto c. *De hiis ex opposita parte allegato dicitur: liberum est eis, scilicet hominibus sanis vel infirmis, bona sua non solum religiosis, sed etiam quibuslibet pri-[F, 143^r]vatis conferre personis*³⁶⁷. Intellige, ut dicit BERNARDUS ibi in glosa³⁶⁸: *de personis honestis*. Quare dicit AUGUSTINUS, LXXXVI di.: *Donare res suas histrionibus vicium est immane et maximum, non virtus*³⁶⁹.

lib. 1, 207

70. Pro quo nota, secundum quod dicit BERNARDUS, super c. primo *Extra, De clerico venatore*³⁷⁰, quod quedam est venacio adulatoria, que fit per verba de qua dicitur eadem di., in c. sequenti: *Qui venatori donant non homini donant, sed arti nequissime donant, nam et si homo tantum esset et venator non esset, non ei donares. Honoras in eo vicium, non naturam*³⁷¹. Et sequitur eadem distincione: *Qui venatoribus donant, dicant michi quare dant venatoribus. Hoc in illo amant in quo nequissimus est. Hoc in illo pascunt. Hoc in illo vestiunt, ipsam nequiciam publicam spectaculis omnium*^w. *Qui donant histrionibus, meretricibus, quare donant? Numquid non et ipsa hominibus donant? Non tamen^x naturam ibi attendunt operis dei, sed nequiciam operis humani*. Hec AUGUSTINUS, ibi³⁷².

]

71. Et illis clerici precipue interesse non debent, ut *De consecratione*, di. V, ex concilio laudicensi, [G, 124^r] dicitur: *Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus que aut in^y nuptiis aut in^z cenis exhibentur interesse, sed surgere eos de convivio et abire debere antequam ingrediantur thimelici*^{a373}. Dicit glosa: *qui ministrant ludentibus*³⁷⁴. Concordat concilium agatense^b, XXXIII di., ubi dicitur: *presbyteri, diaconi, subdiaconi^c, vel deinceps quibus ducendi uxores licentia non est, etiam alienarum nupciarum evitent convivium, nec hiis cetibus misceantur, ubi amatoria*

- ^w omnium] hominum G
- ^x tamen corr. tantum
- ^y in corr. aliquibus
- ^z in om. G
- ^a thimelici corr. temeliti
- ^b agatense corr. nagatense
- ^c diaconi, subdiaconi corr. diacones, subdiacones

367. *Ibid.*
 368. *Decret. Greg. IX cum glosis*, l. III, tit. XXVIII, c. 4 (CJCa, II, 1202).
 369. *DG*, pars 1a, dist. LXXXVI, c. 7 (FRIEDBERG, I, 299). Emprunté à AUGUSTINI *In Johannis Evangelium*, tract. C, n° 2 (PL 35, 1891).
 370. *Decret. Greg. IX cum glosis*, l. V, tit. XXIV, c. 1 (CJCa, II, 1761).
 371. *DG*, pars 1a, dist. LXXXVI, c. 9 (FRIEDBERG, I, 300). Emprunté à AUGUSTINI *In Ps. CII*, n° 13 (PL 36, 1327).
 372. *Ibid.*, c. 8 (FRIEDBERG, I, 299-300). Emprunté à AUGUSTINI *In Ps. CII*, n° 13 (PL 36, 1327).
 373. *DG*, pars 3a, *De consecratione*, dist. V, c. 36 (FRIEDBERG, I, 1422).
 374. *DG cum glosis*, pars 3a, *De consecratione*, dist. V, c. 37, col. 2048.

289

Alena. Summa
de clero venabro

- opposere - adhibere (isbrouber)
m. h. v. l. e.
de clero (?) p. p. c. u.
occupare, de clero d. n. o.
- tunc et i. v. l. e. - - lib. V

cantantur et turpia aut obsceni motus corporum, choris et saltacionibus^d efferuntur, ne auditus et obtutus sacris misteriis deputatus turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur. Hec ibi³⁷⁵.

72. Ymmo^e dicitur in dicto c. *Qui venatori: Vident homines venatores et delectantur. Ve miseris si se non correxerint. Qui enim vident venatorem et delectantur, videbunt salvatorem et tristabuntur³⁷⁶*, quando impropertorie et subsanatorie dicitur eis dictum *Matth.*, XXV: *Ite pocius ad vendentes et emite vobis³⁷⁷*, ubi dicit AMBROSIUS: *Vendunt oleum qui adulando animas in errorem mittunt³⁷⁸*. De quibus supra, ubi dictum est de malis sutoribus³⁷⁹. Unde GREGORIUS: *venditores olei sunt adulatores³⁸⁰* qui propter favorem, gratiam, pecuniam, utilitatem aut timorem peccatoribus veritatem non dicunt, nec eos corrigere volunt, sed plus eis applaudunt. Et sunt doctores, confessores, predicatorum applausivi qui, sauciatis vulneribus peccatorum deberent infundere vinum mordens per correccionem, ne homines facilliter peccarent et oleum liniens per consolacionem venie, ne desperarent, sed vinum correccionis obmittunt et solum oleum adulacionis infundunt, per quod peccatores seducunt, ita quod [G, 125^r] cecus cum ceco in foveam ambo cadunt. Fatui ergo sunt qui tales confessores vel predicatorum eligunt, cum tamen dicat PSALMISTA: *Oleum autem^g peccatoris non impinguet [F, 143^v] caput meum³⁸¹*. Dicit glosa: per caput, mens intelligitur; per oleum peccatoris, adulacio que mentem pectoris impinguat, id est confortat in malicia³⁸².

73. Unde BONAVENTURA dicit: Mali libenter audiunt, cum in peccatis excusantur, quia invidus et iracundus libenter audit cum ei dicitur: «ille te nimium lesit, non potes ei indulgere». Superbus, cum ei dicitur: «nobilis vel divis es, non potes sic incedere vel alteri subesse». Luxuriosus, cum ei dicitur: «juvenis es, non potes continere». Avarus, cum ei dicitur: «multos habes pueros» vel «mala sunt tempora, non potes^h carere

^d et saltacionibus *corr.* exaltacionibus

^e ymmo] ideo G

^f psalmista] psalmus G

^g autem *om.* G

^h potes] potest G

375. *DG*, pars 1a, dist. XXXIV, c. 19 (FRIEDBERG, I, 130).

376. *Ibid.*, dist. XXXVI, c. 10 (FRIEDBERG, I, 300).

377. *Matth.* 25, 9.

378. La *Glosa ordinaria* attribue cette pensée à S. Jean Chrysostome et Nicolas de Lyre à S. Augustin. Cf. *BS*, t. V, col. 409. Il n'existe pas de commentaire de S. Ambroise sur l'Évangile selon S. Matthieu.

379. Cf. *supra*, I, pp. 202-206.

380. GREGORII MAGNI *XL Homiliarum in Evangelia*, 1. I, hom. XII, n° 3 (*PL* 76, 1120).

381. *Ps.* 140, 5.

382. Cf. *BS*, t. III, col. 1531-1532.

*Omne in
Graecis
f. 56*

226
 quin et lucreris sicut potes». Gulosus, cum ei dicitur: «Si inebriaris, non est tibi imputandum, quia habes debile caput». Et sic deinceps³⁸³. Unde dicitur *Ysaie*, XXX^o: *Populus enim ad iracundiam provocatus est, scilicet deum et filii mendaces, nolentes audire legem dei^r, qui dicunt videntibus: nolite videre, et aspicientibus: nolite aspicere nobis ea que recta sunt; loquimini nobis placencia; videte errores nobis^l*. Et denunciatur pena ibidem, cum subditur: *propterea hec dicit dominus... erit vobis iniquitas hec sicut interrupcio cadens... et cominuetur sicut conteritur lagena figuli, etc.*³⁸⁴. Sic dicit dominus, *Ieremie*, XIII: *putrescere faciam... populum istum pessimum, qui noluit audire [D, 227^{va}] verbum et ambulare in puritate cordis, abieruntque post deos alienos*³⁸⁵. Ideo dixerunt ad Ieremiam, *Ieremie*, XI^o: *Non prophetabis in nomine domini et non morieris in manibus nostris*³⁸⁶. Super quo loco dicit LIRA: *id est, si tu, Ieremia, cessas a propheta, sicut et nos, non morieris et^k non interficiemus te*³⁸⁷, quia dixerunt, *Ieremie*, XXIII: *Quid respondit nobis dominus et quid locutus est dominus, et onus, id est propheta [G, 125^v] domini ultra non incontrabitur^l, quia onus erit unicuique sermo suus et pervertitis verba dei viventis*³⁸⁸. Et sic ex eo, ut dicitur *Ieremie*, sexto, *quod prephete prophetabant mendacium et sacerdotes applaudebant manibus suis et populus dilexit talia*³⁸⁹, quia, ut dicitur *Ieremie*, VI^o: *a maiore usque ad minorem omnes avaricie student et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et curabant contricionem filie populi mei, cum ignominia dicentes: pax, pax et non erat pax*³⁹⁰. Et sic sermo domini factus est in obprobrium, quia *timuerunt eum, scilicet dominum^m mandato et doctrinis hominum, ut dicitur Ysaie*, XXIX^o³⁹¹ et *Matth.*, XV^o³⁹². Omnes adducere concordancias in lege dei scriptas et per sanctos doctores esset nimis prolixum, quomodo scilicet ipsa veritas, que est agnus deiⁿ, ab origine mundi occisus, conculcatur.

ⁱ dei om. G

^j nobis om. G

^k non morieris et om. G

^l incontrabitur] *Vulgate*: memorabitur

^m scilicet dominum om. G

ⁿ dei om. G

383. *Non inveni.* [Baranenther]

384. *Is.* 30, 9-10 et 12-13.

385. *Jer.* 13, 9-10. *Vulgate*: «Haec dicit Dominus: Sic putrescere faciam superbiam Iuda et superbiam Ierusalem multam, populum istum pessimum qui nolunt audire verba mea, et ambulant in pravitate cordis suis abieruntque post deos alienos ut servirent eis et adorarent eos».

386. *Jer.* 11, 21.

387. LYRA (*BS*, t. IV, col. 674, n^o 10).

388. *Jer.* 23, 35-36.

389. *Ibid.* 5, 31.

390. *Ibid.* 6, 13-14.

391. *Is.* 29, 13.

392. *Matth.* 15, 1-20.

Et de isto pulcre dicit CYPRIANUS, *epistola XXVIII* et *XXVI*: In Abel occisus, in Ysaac ymmolatus, in Ioseph venundatus, in Ysaia sectus, in homine crucifixus quia filium dei se fecit, sic universi vates semper persecuti sunt. Veros eciam et fidei plenos in pugnauerunt, etc.³⁹³. Et de illis doctoribus anticristi et magistris prurientes auribus vide [*F*, 144^r] ubi dictum est post doctores *De quadruplici missione*³⁹⁴.

74. Hodie autem qui opprimunt populum per venaciones et telas suas, araneas, muscas, scilicet homines pauperes capiunt, eciam ibidem dictum est. Existimantes insuper vineam Ihesu Cristi prout dicitur, *Psalmo LXXIX*^o: *Vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam; exterminavit eam aper de silva et singularis ferus depastus est eam*³⁹⁵. Contra fictas ergo et infundabiles indulgencias huiusmodi et venales a domino nostro Ihesu Cristo non concessas, debet quilibet fidelis cristianus rationes vivaces multiplicare et adducere, dum esurit et sitit iusticiam legis dei. Quomodo per talia recia et anticristi *sophismata* lex dei contempnitur, stultus dives in vana spe ponitur [*G*, 126^r] et undique homini false illuditur. Et eadem est ratio de mercanciis venie pape, cardinalium, episcoporum, etc., prout expresse habetur in articulis contra Iohannem papam XXIII concilio constanciensi oblati. Et de isto precipue^o est articulus in ordine hiis verbis: *Item quod dictus papa Iohannes supra dicto Nicolao mercatori^p, ut prefertur, in legacione existenti concessit, indulsit et comisit ut idem Nicolaus quibuscumque hominibus utriusque sexus ad suum libitum voluntatis deputare posset confessores et quod huiusmodi deputati confitentes absolvere possent a culpa et pena, certis tamen pecuniis taxatis mediantibus, quas quidem indulgencias pensas publicavit et publicari fecit in certis locis, civitatibus, villis, utputa Traiecti, Mechlinie^q, Anthverpie et alibi, de quibus maximas pecuniarum summas exhausit et extorsit, Cristi fideles seducendo ac statum et ritum tocius ecclesie catholice enormiter scandalizando^r, etc.*³⁹⁶. Et idem iudicium de aliis venditoribus meritorum. Cuiusmodi sunt monachi, canonici atque fratres. Omnes enim convincuntur ex ista stulticia, scilicet quod volunt emere vel acquirere participium meritorum talium. Vivat ergo homo vita iusta et confidat de participacione meriti quod deus donaverit sibi sicut placet. *Non enim ad mensuram dat deus spiritum. Iohannis, III, in fine*³⁹⁷. *Sed dimittuntur ei peccata multa quia*

^o precipue *om. G*

^p mercatori *corr. mercatore*

^q Mechlinie *corr. Metelnie*

^r scandalizando *corr. scandalizato*

393. Cf. CYPRIANI *De bono patientiae*, X (*PL* 4, 652-653).

394. NICOLAI DE DRESDA *De quadruplici missione*, éd. J. SEDLAK, *Studie a texty k náboženským dějinám českým*, t. I, Olomouc 1913-1914, p. 103-111.

395. *Ps.* 129, 13-14.

396. HARDT, t. IV, pars IV, p. 232.

397. *Jn* 3, 34. *Vulgate*: «Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur; non enim ad mensuram dat Deus spiritum».